Disputatio medica, inauguralis, de asthmate spasmodico: quam annuente summo numine: ex auctoritate reverendi admodum viri, D. Gulielmi Robertson, S.S.T.P. Academiae Edinburgenae Praefecti: nec non amplissimi senatus academici consensu, et nobilissimae facultatis medicae decreto: pro gradu doctoratus, summisque in medicina honoribus et privilegiis rite et legitime consequendis / eruditorum examini subjicit Jacobus Fenwick, Anglus, Soc. Reg. Med. Edin. Sod.

#### **Contributors**

Fenwick, James. University of Glasgow. Library

#### **Publication/Creation**

Edinburgh, 1781.

#### **Persistent URL**

https://wellcomecollection.org/works/d6tcvjq4

#### **Provider**

University of Glasgow


#### License and attribution

This material has been provided by This material has been provided by The University of Glasgow Library. The original may be consulted at The University of Glasgow Library. where the originals may be consulted. This work has been identified as being free of known restrictions under copyright law, including all related and neighbouring rights and is being made available under the Creative Commons, Public Domain Mark.

You can copy, modify, distribute and perform the work, even for commercial purposes, without asking permission.



Wellcome Collection 183 Euston Road London NW1 2BE UK T +44 (0)20 7611 8722 E library@wellcomecollection.org https://wellcomecollection.org





# DISSERTATIO MEDICA, INAUGURALIS,

DE

# Asthmate Spasmodico.

QUAM,

ANNUENTE SUMMO NUMINE, Ex Auctoritate Reverendi admodum Viri,

D. GULIELMI ROBERTSON, S. S. T. P. ACADEMIÆ EDINBURGENÆ PRÆFECTI:

NEC NON

Amplissimi SENATUS ACADEMICI confensu, Et nobilissimae FACULTATIS MEDICÆ decreto;

#### PRO GRADU DOCTORATUS,

RITE ET LEGITIME CONSEQUENDIS; '
Eruditorum examini subjicit

JACOBUS FENWICK,

ANGLUS,

Soc. Reg. Med. Edin. Sod.

Ad diem 25. Junii, hora locoque folitis.

E D I N B U R G I:

Apud B A L F O U R et S M E L L I E,

Academiae Typographos.

M,DCC,LXXXL

DISSERTATIO MEDICA, INAUGURALIS

# Asthmace Spasmodico.

OU A M.

ANNUMBERUM MONTHS PURE Administration Virginian Reversed in American Virginian Reversed in American Virginian Virgin

GULIELMI ROBERTSON, S. S. T. P.

Amplified SENATUS ACADEMACI confense, as configure Facultatis Medical derice; as GRADU DOCTORATUS.

TOI CO Pinion and the Market of the Market o

## ACCEUS FENWICK,

AWGLUS,

Soc. Heg. Med. Pelini Sad

Ad diem re. Junii, hora lecoque foilire.

April B 3 L 1 O U R C U R C 1: April B 3 L 1 O U R ca S M E L L L L Academius Typographos

### DISSERTATIO MEDICA,

Per diem cute patosylant aggratung

the tentag tentature action is capital etta-

DEAGTHMATE

### INAUGURALIS,

gei, egwentskeulus ruchibus et thatibus fimult-laborat. Capitis doiores, et gravedo

multing talles ad forobiculum cordis un

# Asthmate Spasmodico.

In hacce dissertatione inaugurali de Asthmate, ut a celeb. viris Culleno et Floyero definito et descripto, tractare in proposito est. Praetermisso igitur procemio, symptomatum historiam ex ipsis fere Floyeri verbis prosequemur. Nec enim quid aliud a tyrone, de morbo quovis tractante, expectari arbitror, nisi ut utilissima quaeque, et side dignissima, ex virorum illustrium scriptis seligat. Felicissimum me igitur satebor si hoc praestiterim.

Per diem ante paroxysmi aggressum, lassitudine, torpore generali, ad praecordia molestiae sensu, tentatur aeger; caput etiam gravedine et dolore (levi forsan) afficitur. Circa horam quartam vespertinam, angustiae sensus ad scrobiculum cordis urget, et ventriculus ructibus et flatibus fimul laborat. Capitis dolores, et gravedo intenduntur, quos fimul pandiculatio, fomnolentia, oscitatio comitantur; pulmones rigent; respiratio difficilior, tardior, et sibilans quodammodo fit; vox fimul irraucefcit; tufficula convulfiva adest; sputa vero parce exscreantur; urina palida et copiosa est; calor obscurus, sitis, fauciumque siccitas, plus minusve aegrum semper urgent, Calor lecti, et stragula post decubitum in pectus gravitantia, fymptomata augent. Sed per somnum plerumque dolores remittuntur. after a tyrong of morbo quovis traders a bulla

Sub horam secundam, tertiam, vel quartam matutinam, subito e somno, cum intolerabili suffocationis, et ad thoracem constrictionis strictionis sensu, aegri excitantur; respiratio tarda, laboriofa, difficillima, cum sibilo fit, nec nisi corpore erecto, aëreque frigido accedente, respirare queunt; hinc ad fenestras apertas, pro solatio, saepe confugiunt; cervix erigitur; humeri costaeque elevantur; nares dilatantur, ad respirationem faciliorem reddendam; labia contrahuntur; tuffis, exfcreatio, loquela, iis perquam difficilia funt; facies turgida et rubra, vel lurida, et tandem nigra devenit; oculi prominent, et lacrymas effundunt; ventriculus vehementius flatibus distenditur, et aliquando bilis flava vel viridis ejicitur; alvus plerumque semel bisve dejicit: interdum autem pertinaciter adstricta est; calor intensus et urens adest; et sudores aliquando profluunt; pulsus parvus, simulque celer et inaequalis est; artus, maxime vero manus et pedes, pallent et frigent; musculi laxantur; omnis fere membrorum motus perit; vires prosternuntur; et, si omnia in pejus ruunt, sudores frigidi, palpitatio cordis vehemens, delirium

lirium ferox, et deliquium animi, mortem afferunt. Plerumque vero, cum per aliquod temporis symptomata duraverint, sensim remittuntur; respiratio liberior fit; calor naturalis totum corpus pervadit; et denique sudor modicus profluit; sputa dulcia, vel subsalsa, plerumque cum filamentis sanguineis mixta, exfcreantur; urina rubra fit, et sedimentum lateritium deponit. Haec omnia, in unoquoque paroxysmo, minime occurrunt; et raro quidem delirium ferox, deliquium animi, et alia illa figna adeo periculofa, observantur. Si alvus, sub paroxysmi initium, semel bisve dejicit, statim plerumque fymptomata levantur, et breviore tempore paroxysmus solvitur, vel subito nonnunquam decedet. Per aliquot horas paroxyfmi durare solent; per dies tres, quatuor, vel quinque eorundem recursus. Intervallum vero ad dies plurimos, septimanas, vel menses protrahitur; sed in his variationes tam innumerabiles ac frequentes funt, ut nihil certe neque de recurfu, neque de duratione paroxysmorum dicendum est.

### CAUSÆ OCCASIONALES.

preffic : febres maxime intermittentes, by-

lucubrationesque nocumnae; exerci

Cum cognitio causarum occasionalium ad praedisponentis investigationem utilis sit, de iis primum dicendum erit. Inter has, tempus humidum pluviofum, fubitae mutatationes a tempestate serena ad humidam, et calor intensus, maxime frequentes sunt. Frigus etiam inter causas occasionales ab Hoffmanno numeratur, ex eo quod afthmaticos nonnullos aestate, quam hyeme, saniores observaverit: Detractio sanguinis copiosa et repetita; purgantia, et emetica fortiora; aliaeque evacuationes nimiae; ebrietas; crapula; venus nimis culta; potus tepidi; cibi omnes aëre fixo abundantes, vel qui difficiles concoctu funt ; aër vaporibus acribus, ut fumis tabacci, metallorum, fulphuris, aliorumque stimulantium, repletus; animi affectiones inordinatae, quales funt,

funt, timor, vel ira; nimia studiis applicatio, lucubrationesque nocturnae; exercitatio justo violentior; haemorrhoidum,
mensium, aliarumque evacuationum suppressio; febres maxime intermittentes, hysteria, hypochondriasis, podagra retropulsa,
catarrhus, peripneumonia; haec omnia inter
hujus morbi causas enumerantur; multaeque aliae ab auctoribus numeratae sunt,
quae hoc loco silentio praeteribimus.

# CAUSA PRÆDISPONENS.

Huic morbo maxime favet (testantibus fere omnibus) temperamentum sanguineum, irritabilitate simul et debilitate conjunctum. Sed sunt inter asthmaticos, qui corpore sirmo et bene formato gaudent, qui nullis affectionibus aliis nervosi generis obnoxii sunt,

funt, et in quibus morbus omnino localis esse videtur. Ex hisce igitur observationibus, morbum pendere a textura vel fabrica quadam pulmonum crederem. Cum temperamento forsan haeredetarius est, sed aliquid simul et pulmonum compagi tribuendum.

# CAUSA PROXIMA.

us exorbs caulic funt, vel out debiliratem

es irritabilitatem inducero periint, qua-

Multa fuadent asthma ex colluvie serosa non orire. Asthmatis paroxysmus semper fere mitigatur, antequam mucus exsereatur; hinc mucum abundantem, potius effectum, quam causam, paroxysmi judicarem: Secretio muci ex quavis causa aucta, vasa bronchialia irritando, contractionem spasmodicam inducere potest; hinc potius pro causa occasionali, quam proxima, haberi

haberi debet. Eaedem fere asthmatis sicci, ac humidi, causae recensentur; eademque in utroque adhibentur medendi confilia: Sola muci secretione inter se discrepant; ficcum porro in humidum haud raro immutatur; ad idem igitur morbi genus omnino referenda videntur. Omnes fere hujus morbi causae sunt, vel quae debilitatem fimul et irritabilitatem inducere possint, quales funt omnes evacuationes nimiae, vel quae in habitu debili ac irritabili morbum fuo stimulo excitant, quales funt fumi tabacci, fulphuris, levis mentis emotio, &c. Debiles spasmis prae aliis hominibus obnoxii sunt. Eaedem fere funt causae asthmatis ac aliorum morborum spasmodicorum. Asthmatis paroxysmus subito invadit, et pariter fubito decedere nonnunquam observatur. Ex cunctis proinde facile creditu est, asthma a constrictione spasmodica bronchiorum esse prognatum. Monebam fupra, inter afthmaticos esfe, qui corpore firmo stabilique gau-· derent.

derent. Exinde quaeri ideo potest, an morbum in iis ex eadem causa produci crederem? Nonne morbosa sensibilitas vel irritabilitas in pulmone inesse potest, qua facilius in contractionem cieatur, dum in omnibus aliis partibus corpus sirmum robustumque sit?

### DIAGNOSIS.

aceros frammo in perionlo verfari indicare-

Quanquam ex concurlu fyruptomatum

Definitio asthmatis, ni fallor, pro diagnosi haud inepte institui potest; nec certius, aut melius, quis morbus ab alio distinguitur, quam definitione symptomata ei peculiaria, et pathognomonica dicta, complectente. Verbis squentibus cel. nostro Culleno definitur, "Spirandi difficultas per intervalla subiens; cum angustiae in pectore sensu, et respiratione cum sibilo strepente; tussis sub initio paroxysmi difficilis, vel nul-

remediis hase ad pedes iterum re

la, versus finem libera, cum sputo muci saepe copioso."

### PROGNOSIS.

Quanquam' ex concursu symptomatum aegros fummo in periculo versari judicaremus, constitit tamen multos, per plures annos, hoc morbo laborasse; nonnullos etiam ad vitae munera, fine ullo fere incommodo, valuisse. Curatio tamen in juvenibus perdifficilis, in senibus fere impossibilis esse, apud medicos huc usque habita est; neque profecto immerito: Quo recentior fuerit morbus, eo melior curationis spes, et vice versa. Si a labe haereditaria pendeat (testante Floyero) medelam non admittit. Quo frequentiores paroxysmi, et violentiores, co majus periculi adesse constat. Si podagra retropulsa ortum fuerit asthma, remediis haec ad pedes iterum reducta, ducta, paroxysmum asthmaticum haud raro solvit; cachexia, pedum tumores, hydrops pectoris, vel generalis, macies, phthisis, vertigo, lethargia, apoplexia, paralysis,
syncope frequens, et cordis palpitationes,
delirium ferox, ac deliquium animi, pessimi sunt ominis, mortemque adesse demonstrant.

#### METHODUS MEDENDI.

Indicationes curatoriae in hoc morbo funt, 1mo, In paroxysmo spasmum tollere; 2do, Ipsius regressui obviam ire. De his ordine tractandum est.

Asthma nunquam (testante Floyero) sanguinis detractione sanatur; et si saepius educatur sanguis, metus haud inanis erit, ne per tabem, cachexiam, aliosve hujusmodi morbos, aegri miserrime pereant. Nunquam

quam igitur, nisi urgente suffocatione, sanguis detrahi debet. Epispastica thoraci applicata dyspnoeam in paroxysmo augent, quippe quae ipsius dilatationem impediant: Sed forsan epispastica inter scapulas applicata, isto incommodo carebunt. Cathartica fortiora semper nocent; mitiora, praecipue vero enemata, utilissima judicantur remedia. Emetica etiam leniora a Floyero aliifque multum laudantur. Si ex capitis quodam dolore, ex oppressione circa scrobiculum cordis, et aliis hujusmodi fymptomatis, paroxysmum nocte subsequente expectare liceat, optime adhibentur gr. vii. vel viii. ipec. infigne levamen haud raro allatura. Expectorantia oleofa et mucilaginosa ventriculum opprimunt; hinc malum potius augere, quam levare, crederem. Fugiendus est calor externus. Medicis celebrantur nitrum, fal ammon. multaque alia, tam acida, quam media, quae omnia silentio praeteribimus. Castor, sp. aether. vitr. opium, mosch. aliaque hujus eirene acgri milerrime percant. Nun-

